



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

300. Sabbato. Quomodo B. Virgo in his virtutibus excelluerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

530 *Sabbato Domin. 18. post Pentecost.*
illicita commissimus, à licitis interdum ab-
stineamus, & nos indignos remissionibus
innocentum putemus, atque, ut ait Terru-
lianus lib. de Pœnit. *Pœniteat. amâsse, quæ*
DEVS non amat.

MEDITATIO CCC.

Sabbato Domin. 18. post Pentecost.
Quomodo B. Virgo in his virtu-
tibus excelluerit.

Vldebo D. Virginem Obedientiâ, Obser-
vantia, Pace, Patientiâ, Paupertate, Pœ-
nitentiâ velut herulis cœlestibus comitam
Reginam cœli. Pœtam ejusdem Virtutibus
magis imbui.

Conf. 1. Obedientiam B. Virginis, pro-
pter quam à S. Ambrosio de instit. Virgin.
cap. 22. dicitur *aula regalis, soli Deo subdita:*
quia una erat MARIAE & CHRISTI vo-
luntas, inquit Carnotensis de laud. B. Virg.
Observantiam, erga Josephum, omnesque
Majores. Pacem, de qua ait S. Germanus,
orat: de Præs. Virg Collectrix malè consonan-
tium, Conjunctrix jam olim disjunctorum. &
Bonaventura in laud. B. Virgin ait, quod sit
Columba pacifera. S. Ephrem quod sit *Con-*
siliatrix efficacissima totius orbis terrarum, por-
tus tranquillissimus, à fluctibus & procellis agi-
tationum liberatrix desideratissima. Guilhelm,
Paris.

Sabbato Domin. 18. post Pentecost. 531

Paris. in Can. ser. 1. de ea dicit, quòd sic
Lectus DEI, S. Bonav. in Spec. Virg. quòd sic
Requies SS. Trinitatis. Patientiam, de qua
dicit B. Laur. Justin. *Clarissimum passionis Spe-*
culum erat cor Virginis, in quo cognoscebantur
spina, & vulnera Redemptoris: causam dat
S. Gilbertus: *Quanto quis plus diligit, plus do-*
let Hesychius tom. 1. BB. PP. de ea dicit,
quòd fuerit *Turtur mundi: & Arnoldus*
Carnot: quod difficillimum erat, moriebatur &
non poterat mori, Paupertatem, quam D. Cy-
prian. serm. de Nativit. Dom. ait: Pauperem
Matrem, qua ideo par turturum obtulit pro Filio,
quòd non haberet, ex quo Agnellum emeret.
Pœnitentem, de qua agit. D. Damascen. o-
rat. 1. de Nativit. B. Virgin, Fœmina fœmina-
rum crimen dissolvens: & Theosterictus in can:
conciliat, quòd sit Ianua pœnitentiæ,

Conf. 2. Memoriam repetendo proposita
hujus hebdomadæ, quæ ut executioni man-
dem, suppliciter opem à Diva implorabo,

MEDITATIO CCCI.

Dominica 19. post Pentecosten.

De septem virtutibus gubernandi

Aspiciam Dominum JESUM Filium Re-
gis cœli, & terræ à Deo ad gubernandum
orbem universum prædestinatum. Petam
admitti ad servitium tanti Regis.

Z 2

Conf. 19